

INCHOATIO

D E-us, in adiu-tórium meum inténde. Dómine, ad
 ad-iuvándum me fes-tí-na. Glóri-a Patri, et Fí-li-o, et Spíritu-i
 Sancto. Sicut erat in princípi-o, et nunc, et semper, et in
 sæcu-la sæcu-lórum. A-men. Al-le-lúia.

HYMNUS

VIII.
O lux, be-á-ta Trínitas, et princi-pális U-nitas, iam
 sol recédit í-gneus: infún-de lumen córdibus. 2. Te mane laudum
 cármine, te depre-cémur véspe-re; te nostra supplex
 glóri-a per cuncta laudet sæcula. 3. Christum ro-gámus
 et Patrem, Christi Patrísque Spíritum; u-num potens per




óm-ni-a fo-ve precántes, Trínitas. A-men.


ANTIPHONA 1

II D

S




A-cérδος in æ-térnum * Christus Dóminus se-cundum



ór-dinem Melchí-sedech, al-le-lú-ia.


PSALMUS 109



Dixit Dóminus Dó-mino **me-** o: * Sede a *dextris* **me-** is.


donec ponam inimícos **tuos** *
 scabéllum pédum *tuórum*.
 Virgam poténtiæ tuæ emítet Dóminus ex **Sion**: *
 domináre in médio inimicórum *tuórum*.
 Tecum principátus in die virtutis tuæ, †
 in splendóribus **sanctis**, *
 ex útero matutíni velut rorem *genui* te.
 Iurávit Dóminus et non penitébit **eum**: *
 Tu es sacérδος in ætérnum secúndum ór-dinem *Melchisedech*.
 Dóminus a dextris **tuis**, *
 conquassábit in die iræ suæ **reges**.
 De torrén-te in via **bibet**, *
 proptérea exaltábit **caput**.
 Glória Patri et **Fílio**, *
 et Spíritui **Sancto**.
 Sicut erat in princípio et nunc, et **semper**, *
 et in sáecula *sæculórum*. Amen.

ANTIPHONA 2

D ^p 

E-us autem noster in caelo; * omnia quaecumque
volut fecit, alleluia.

PSALMUS 113. B



Non nobis, Domine, non nobis, † sed nomini tu- o da glori-am *
super mi-se-ri-cordi-a tu-a et ve-ri-tate tu- a.

Quare dicent gentes: *

Ubi est Deus eorum?

Deus autem noster in caelo, *

omnia, quaecumque voluit, fecit.

Simulacra gentium argentum et aurum, *

opera manuum hominum.

Os habent et non loquentur, *

oculos habent et non videbunt.

Aures habent et non audient, *

nares habent et non odorabunt.

Manus habent et non palpabunt, †

pedes habent et non ambulabunt; *

non clamabunt in gutture suo.

Similes illis erunt, qui faciunt ea, *

et omnes, qui confidunt in eis.

Domus Israel speravit in Domino: *

adiutorium eorum et scutum eorum est.


Domus Aaron speravit in Domino: *

adiutorium eorum et scutum eorum est.


Qui timent Dominum, speraverunt in Domino: *

adiutorium eorum et scutum eorum est.

Dóminus *memor fuit* **nostri** *
 et *benedícet* **nobis**:
 benedícet *dómui* **Israel**, *
 benedícet *dómui* **Áaron**,
 benedícet *ómnibus, qui timent* **Dóminum**, *
 pusillis cum *maióribus*.
 Adíciat *Dóminus* **super** vos, *
 super vos et super *fílios* **véstros**.
 Benedícti *vos a* **Dómino**, *
 qui *fécit* **cælum et térram**.
 Cæli, *cæli sunt* **Dómino**, *
terram autem dedit *fíliis* **hóminum**.
 Non *mórtui laudábunt te*, **Dómine**, *
 neque omnes, qui *descéndunt in* **siléntium**,
 sed nos, qui *vívimus, benedícimus* **Dómino** *
 ex hoc nunc et usque *in* **sæculum**.
 Glória *Patri et* **Fílio**, *
 et *Spirítui* **Sancto**.
 Sicut erat in *princípio et nunc, et* **semper**, *
 et in *sæcula* **sæculórum. Amen.**




De-us au-tem noster in cæ-lo; óm-ni-a quæcúm-que




vó-lu-it fe-cit, al-le-lú-ia.

ANTIPHONA 3

VIII G




L AU-dem dí-ci-te De-o, * omnes servi e-ius pu-sí-li



et mag-gni, al-le-lú-ia.

CANTICUM



Alle-lúia. Salus et glóri-a et virtus De-o nos-tro, *Ry.* Al-le- lú-ia.



qui-a ve-ra et iusta iu-dí-ci-a e- ius. *Ry.* Al-le-lú-ia, al-le-lú-ia.

Allelúia. Laudem dícite Deo nostro, omnes servi eius *Ry.* 1

et qui timétis eum, pusilli *et magni!* *Ry.* 2

Allelúia. Quóniam regnávít Dóminus Deus noster omnípotens. *Ry.* 1

Gaudeámus et exsultémus et demus glóriam ei. *Ry.* 2

Allelúia. Quia venérunt núptiæ Agni, *Ry.* 1

et uxor eius præparávit se. *Ry.* 2


Allelúia. Glória Patri et Fílio, *Ry.* 1

et Spirítui Sancto. *Ry.* 2

Allelúia. Sicut erat in princípío et nunc, et *semper,* *Ry.* 1

et in sæcula sæculórum. Amen. *Ry.* 2


RESPONSORIUM BREVE




Magnus Dóminus noster, * et magna vir-tus e-ius.



Rep.: Magnus Dóminus *Y.* Et sa-pi-en-ti-e e-ius non est



nú-merus. *Y.* Glori-a Pat-ri, et Fi-li-o, et Spiri-tu-i




Sancto. *Rep.:* Magnus Dóminus

AD MAGNIFICAT

I D
S Tans autem Ie-sus * iussit cæcum addú-ci ad se, et
 a- it il- li: Quid vis fá-ci-am ti- bi? Dómi- ne, ut ví- deam.
 Et Iesus a- it il- li: Réspice, fides tu- a te sal- vum fe- cit. Et
 confés- tim vi- dit, et sequebá- tur il- lum, magní- ficans De- um.

Magní- ficat * á- nima *me- a* **Dó**minum.



Et exultávit **spí**-ritus **me**-us * in Deo salvatóre **me** - o,
quia respéxit humilitátem *ancíllæ suæ*. *

Ecce enim ex hoc beátam me dicent omnes *generatió*nes,
quia fecit mihi **magna**, qui **potens** est; *

et sanctum *nomen* eius,
et misericórdia eius in *progénies et progénies* *
timéntibus eum.

Fecit poténtiam in **brá**chio suo, *
dispérsit supérbos mente *cordis sui*;

depósuit *poténtes* de **sede** *
et exaltávit **hú**miles;

esuriéntes *implévit bonis* *
et dívites *dimísit inánes*.

Suscépit Israel **pú**erum suum, *
recordátus *misericórdiæ*,
sicut locútus est *ad patres nostros*, *
Abraham et sémini *eius in sáecula*.

Glória **Patri**, et **Fí**lio, *
et *Spirítui Sancto*.

Sicut erat in princípío, *et nunc et semper*, *
et in *sáecula sæculórum*. Amen.